

REVERENDISSIMO, ET ILLU-
strissimo Principi ac Domino,
Domino

WOLFGANGO EPISCO-
PO RATISBONENSI, PRÆPOSITO
AC DOMINO ELVACENSI, &C. DOMINO
meo Clementissimo.

In quovis opere dijudicando, Illustrissimè
Princeps, Domine Clementissime, duo
hominum genera offerunt: Vnum opus
artem cōmendans; alterum vituperan-
tiam quoq; in Chymicæ artis iudicio fieri, cottidiana
adprobante experientia luce est clarius.

Quosdam enim Viros honestos invenire licet, qui ar-
tem hanc multis nominibus jucundam utilemq; ar-
teplectuntur, & pro vera agnoscunt: alii verò non desunt
quibus absurda nimis, inutilis, & incerta videtur, pro-
pter summam incertitudinem à tot seculis fuerit sus-
cepta, & cuius eventum, cuius gratia maximè omnis
eà labor suscipitur, nullus ferè unquam, qui notoria
aut certè rarissimi sint assecuti.

Non solùm autem artem ipsam; sed etiam eos, qui
hanc editis libris divulgare, atq; hac ratione excolere
propagare instituunt, magno prosequuntur odio.

Nam avaritiæ illos servire pleriq; credunt, & i-
nproborum hominum animos speciosis blanditiis, ac
magnarum divitiarum, quibus illi suam expleant li-
beritatem, adeò inescare, ut indomiti & cæci quasi in su-
mum se detrudant exitium: & non solùm fortunarum
sed etiam fame, valetudinis, imò etiam animæ jacturam
faciant. Pro